

*benignissime invisas; & Latinis Carminibus
quam maxime delecteris. Quod cum ali-
quando animadverterem, & suam in Te
esse præterea Humanitatem viderem, quæ
animos omnium devincit, & Generis &
Dignitatis amplitudinem, quæ virum Prin-
cipem deceat, Te optimum, si obtulisset oc-
casio & Patronum, & Mæcenatem Car-
minibus futurum speravi. Libenter igitur,
& meo, & communẽ Arcadum Nomine,
quorum Cœtui ab adolescentia tua nomen
dedisti, Volumen hoc oblatum excipe; Mibi-
que, Eminentissime Princeps, ut benignitate
qua soles, & Authoritate qua polles adesse
semper velis enixe deprecor, & exoro.*